nunc apparet falsitas tua et quod in principe demoniorum eiecisti demonia
Si enim posses in triduo templum destructum reedificare, posses
et te ipsum de cruce liberare, et ex quo istud non potes, nec illud po-
tuis fecisse. Et tamen ipsi hoc sciebant et calumpniose Christo imposu-
erunt, patet ex premissis. 2o fuit derisus a principibus sacerdotum
et scribis et senioribus. Unde Mathei et Marci et Luce. ut supra. Similiter autem
et sacerdotes illudentes ei cum scribis et senioribus. Scribe fu-
erunt legisperiti. Seniores fuerunt sapientes et iudices et
consiliarii in tribubus tribus Iudeorum. Hii ergo accedentes blas-
phemabant eum dicentes. Alios salvos fecit, se ipsum
non potest salvum facere, quasi diceret. Non credimus quod alios infir-
mos curavit, quia si talia facere posset, salvaret se ipsum qui
super omnes alios infirmus et miser existit. Unde sequitur. Si rex Is-
rahel est, id est, supremus Messias nobis promissus in lege, descendat
nunc de cruce et credimus ei, quia hoc alii reges facere non possent
nisi Messias. Si ergo salvus de cruce descendisset, eum esse Messiam
credimus veri, falsum diceret quod credidissent ei si descendisset de cruce
sed ipsum divinus asseruissent. Immo blasphemassent, putantes eum
non esse bene firmatos. Maiora enim fecit quam si descendisset
de cruce, et tamen non crediderunt ei, quia maioris potentie argumentum
fuit Lazarum quatriduanum de monumento fetentem ad vi-
tam sola voce revocare quam de cruce descendere vivum. Et maio-
ris potentie signum fuit tercia die a mortuis victor resurgere
quam non de cruce descendere salute humani generis neglecta. Con-
fidit in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit enim quia filius dei sum
ac si dicant. Mentitus fuit sepius, sibi divinitatis hono-
rem usurpando. Si enim filius dei esset, deus ipsum in hiis
passiones venire non permisisset. Sciendum enim docente scriptura
quod passionis ignominia dignitati divine pietatis non accidit. Et hiis si-
militer inspirabant sibi ut provocarent sibi ipsum de cruce
Ieronimus descendere si posset. Et nota secundum Gregorium et Ambrosium quod demo-
nes senacentes in viris suis et concitatores agebant quod
putavit ut de cruce descenderet humani generis salute pretermis-
sa. Sed non est consilium contra consilium Christi quia dyabolus mandato infoveat quem

fecit sibimet mortem Christi plus prius suggerendo. Postea sicut dicit Luce
23. Accedentes milites centurionis qui crucifixos custodiebant
armati ne aliquis eos de patibulis violenter absolveret. Illi
ergo cum hiis qui ipsum crucifixerant accesserunt prius ad crucem et porrex-
erunt domino acetum ad lambendum in spongia quia siti aruit
tamquam exsanguis et illuserunt ei dicentes. Si tu es rex Iudeorum
salvum te fac descendens de cruce. Post hec latrones qui cum eo cruci-
fixi fuerunt ceperunt dominum Ihesum similiter improperare et conviciari. Sicut
dicit Mathei 27 et Marci 15. dicentes ad eum. Si tu es Christus salvum fac
temetipsum et nos. Sic ergo diligenter quantum dyabolus labora-
vit ad hoc ut Christus descenderet de cruce cum vicia deitatis ipsum cepit
confiteri. Primo enim ipsum ad descendendum temptavit per vulgares
Iudeos, per principes sacerdotum et scribas et seniores. 3o per milites
Romanorum gentiles. 4o per crucifixos latrones qui omnes improperando
Christo ipsum provocare intendebant ad descendendum de cruce.
Sed Luce 23. qualiter dominus Ihesus omnium iniuriarum immemor clemen-
tissime oravit in cruce pro suis inimicis dicens. Pater ignosce eis. Non
enim sciunt quid faciunt. Et nota quod in evangelio Nazareorum legitur Evangelium
quod ad illius sancti istam Christi orationem multa milia conversi sunt postea
ad fidem, scilicet tria milia in die penthecostes sicut habetur Actuum 2o et
postea quinque milia de quibus dicitur Actuum 4o. Et nota quod oratio
patet ex verbis huius orationis dominus non oravit pro hiis qui ex mera
malicia mentis peccaverunt et ex certa scientia sicut pro Iuda pro-
ditore qui excaecatus erat, nec pro Cayfa pontifice et suis com-
plicibus qui ex certa malicia invidie, nec pro Pylato qui
faciente humano favore in ipsum peccavit. Sed oravit pro omni-
plici populo Iudeorum et gentilium qui seducti ab illis ignoranter & nota.
peccaverunt. Unde ait quia nesciunt quid faciunt. Hec
Isidorus. Ex quo patet quam grande sit piaculum id est peccatum ex certa malicia
peccare quia hoc est peccatum in spiritum sanctum de quo dominus ait. Qui peccaverit in
spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro id est difficulter et raro dimit-
titur tale peccatum quia directe opponitur gratie spiritus sancti per quam fit
peccatorum remissio. Et nota quod Admiramini tantam clementiam et
et pacienciam Christi in orando pro suis tortoribus sicut dicit. Omnes